



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

80. Cauet, ne peccet sacrilegè in Sacrificium, quod à Sacerdote in Missa offertur Deo; memor Crucifixi effigiem lacrymas profudisse ob commissum sacrilegij scelus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

X.

AMATOR CRUCIFIXI

cauet ne peccet sacrilegè in Sacrificio
quod à Sacerdote in Missa offertur DE
memor Crucifixi effigiem lacrymas
profudisse ob commissum
sacrilegij scelus.

80.

GERAR.
DVS Apo-
statans.

CIRCA annum Christi M. c. lxxxviii
Diaconus quidam Ordinis religio-
si Gerhardus nomine, apostatans, inquit
Cæsarius Heisterbacensis, a. circa qua-
tuor tempora se Ordinem sacerdotale
suscepisse finxit, & Colonia in basilica
S. Michaëlis, quæ in porta Martis pos-
ta est, quasi primam Missam, instructum
cum Sacerdote, miserimus celebrauit.
Ego eidem Missæ tunc scholaris inter-
fui, & multas recepit oblationes.

Pseudo-
presbyter.

Crucifixus
visus la-
crymas
funderet

Confessus est ille Pseudo presbyter
postea Sacerdoti, qui ipsi adstiterat
simulato illo Sacrificio, quod quoties
se vertit ad populum, CRUCIFIXVM con-
tra se stantem viderit lacrymantem. Et
autem ibi opposita aræ imago antiqua
& sculpta, magna satis. Addit Cæsarius
Pius Dominus, qui olim fleuit super
malicia penuræ civitatis Ierusalem

Lucas
crym
Ex

FIXI
sacril
Seder
in iri
ment
tam
plo s

tu ad
tus!

a. Ca

o

m

M

tea

Beat

V

non

Qu

Loca

Lucæ xix. de præsumptione tanta lacrymari dignatus est.

Ex lacrymis verò imaginis CRUCIFIXI considerans magnitudinem culpæ *Conuer-
tur apostata.*
sacrilegus apostata, pœnitentia ductus
Sedem Apostolicam adire voluit; sed
in itinere Romano est mortuus. O clementiam Saluatoris CRUCIFIXI, qui
tam enormiter in se peccantem, in ipso sacrilegij actu, lacrymabili obtutu ad resipiscentiam vocare est dignatus!

*a. Caesar. historiæ. memorab. lib. 9. cap. 61.
Ex illo Ægidius Gelenius in Colon.
magn. lib. 3. syntag 141. ubi de templo S.
Michaelis, quod olim Martus, supra piazzam salinariam.*

DECAS IX.

I.

AMATOR CRUCIFIXI

Beatum se æstimat, quod non fuerit scandalizatus in Christo Crucifixo.

81.

VERITATIS est illa æstimatio ex attestacione Domini: Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Match. xi.
Quia futura erat CRUX plurimis scandalum,